



~~CH.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

W-27

SIGNAT. 1515 CCCXIII.

St. Nikolai Aled

DEO BENE IVVANTE

THESES,

περὶ τῆς ἀρεπομίνας τῆς ἐνταρκώσης

*Nempe de Communicatione Idiomatum Reali,*

Moderatore

# REVERENDO ET CLARISSIMO VIRO

DN. IOHANNE GEORGIO VOLCK.

maro, SS. Theol. Doctore & Professore  
Publico.

Contra ὀνοματοθεωρίας

*Ad disputationem in Collegio Studiosorum privato undecimam  
propositæ.*

à

*M. LAVRENTIO LÆLIO*

Franco

Respondente

*M. JOACHIMO GRYPHIO*

Hamburgensi

XX. Decembris, Anni CIC. ID. VC.

*WITBERGÆ*

Literis VVolffgangi Meissneri.

REVERENDO ET CLA=  
RISSIMO VIRO, ACVMINE  
*judicii, facundia eloquij eximio,*

DOMINO JOHANNI GEORGIO  
VOLCKMAR O S S. Theologiae Doctori e-  
iusdemq; in inclita VVitebergensi Acade-  
mia Professori publico

*Domino E<sup>T</sup> Preceptor meo perpetuo observantie  
cultu honorando,  
memoris gratitudinis causa  
dico E<sup>T</sup> nuncupo,*

M. LAVENTIVS LÆLIVS  
*Kleinlanghemius.*

# DE COMMUNICATI<sup>E</sup>NCE Idiomatum.

Ἐφορμή.

I.

**M**ysterium incarnationis διολογυμένως μέγα, non solum quò ad ipsam Unionem Dei cum Homine; sed & consequentem communicationem μονόγενοπορ ισχεῖσθαι επειδή existit. Ultraque κατάκτηψις φύσεως captumque mentis nostræ excedit. Quid enim magis stupendum? quam Creaturam à Creatore in Unum θεοπλευραν assumi. Quid perinde admirandum? quam Hominem in Dei communem operum sortem admitti.

1. Tim. 3, 16.

2. Præterea non minus hæc, quam illa, Diabolum, antiquum & sempiternum Salutis humanæ hostem, infensum habuit, qui continentia quasi acie, inde à prima Christiani orbis juventute Hærescon & blasphemiarum arctibus νονωνίᾳς ut Apollinaris. ram doctrinam petere & quavis occasione demoliri nuntiavit. Monothelitæ O.c.

3. Istarum autem aliquas, utpote ob ruditatem ingratas invisaisque, jampridem marcor invaserat, nec tamen profunda radice exaruerunt ita, quò minus eam nunc coloni quidam recentes assidua diligentij; cura fodiant, rigent, impingvent.

4. Calviniani hi sunt, quibus fese Jesuitæ socios jungunt, conglomeratiq; unanimiter sanam sanctamque doctrinam Articuli præsentis de COMMUNIONE IDIOMATUM depopulari & subvertere satagunt.

Ἐφαίρεσις ἡπειρού μη γνῶμενων.

5. De ea quidem controversia nunc aliquid commemoratur, ut planius pernovisse queamus, quid potissimum advertendum tenendumque, quid verum, quidve erroncum sit, quod ex illo facilius innotescit, quædam primo statim limine monenda, & quæ perverse miscentur segreganda removendaque sunt.

A 2

6. Atque

6. Atque istud axioma semper verissimum manet: Proprietates non egredi sua subiecta. Neque unquam contingere fieri potest, ut eae à proprio Subjecto in aliud, nisi cum illius abolitione, migrant & transcant.

7. Quapropter Naturarum in Christo idiomata per se distincta semper teneri necessum est, ita quidem, ut propriorum Humanitatis; Corporeum, finitum, mobile; cum Divinitatis; incorporeum, infinitum, increatum, æternum esse; nulla prorsus commutatio in subjectis afferatur.

8. Ab hac confusione Orthodoxos Nostros alienissimos esse, jam satis evidenter ipsi se se purgaverunt.

9. Et tamen hoc sine cunctatione ab omnibus arripitur, quod per unionis copulam & hypostaseos Naturarum ταύτη, Νονία genera enunciationum emergerint, quæ ante eam, nec Divinæ nec humanæ naturæ competebant.

10. Præterea transcelestia illa, & tamen finita dona, quibus humana natura in se, præ omnibus hominibus ipsisque adeò angelis exornata est, nemo in dubium vocavit, sed omnia inter τὰ προσκείμενα referuntur.

11. Hinc usitata vulgataque distinctio: inter DONA ET INFIRMITATES; quas jam depositit, illa verò jam nunc instaur gloriæ, non minus ac essentialia sua, sive οὐσιών, sive τὰ πρόμενα idiomata retinet.

τὸ γῆτέλθεντος.

12. His jam explicatis ἀκμήν quæstionis hoc modo ponimus; An, ut ex unione Naturarum, in Christo Nominum, sic quoque ipsis Propriorum Vera & realis communio, certis gradibus sequatur.

Ἐπεστίς θῶν σιδουρέων.

τὸ ήγειρέν.

13. Quid sit unio jam priori disputatione notum evasit. PROPRIORVM autem seu idiomatum nomine, attributa peculiaria,

Laria, quæ res cuique per efficiam, naturalemque dispositio-  
nem congruunt, significantur.

14. COMMUNIONIS deinde vox, quam Græci νομινα, usi-  
tate communicationem dicunt, Samosateni delirio obijicitur,  
qui proprietates παντάς ακονθράς finxit.

THEOLOGIA THEOLOGIA THEOLOGIA

15. Priori ejus parte Nominum quædam communio ponî-  
tur, quæ undequaque admittitur. Evidenter namque sunt  
dicta scripturæ, quām ut quoquo cavillo enervari queant.

16. Illam vero SOLA Calviniani, nec ulterius aliam agno-  
scunt; atque ita quidem ipsorum definitio habet: quod sit  
prædicatio Dialectica & verbalis, communicatio nominis &  
honoris; quam tamen nunc similiter negare audent.

Danæus in ea  
xamine libel.  
It Chemnitii  
de duabus  
naturis in  
Christo.

Beza in Coll.  
Mompel. foli  
205.

Bellarminus  
lib. 3. 2. Cor  
trov. gener.  
cap. 9.  
Ibid. cap. 10.

17. Iesuitæ aliquid majus se dixisse putant & jam cornicium  
oculos confixisse: dum Realem quidem, sed non naturarū,  
verū hypostaseos tantum respectu profitentur. Verū nu-  
gæ sunt & meræ præstigiæ.

18. Sic enim Bellarminus habet. *Si communicantur vere*  
*realiter propria unius naturæ alteri naturæ* *& contrà,* Er-  
go non manent distinctæ *&* inconfusæ proprietates: quomodo  
enim manent distinctæ si humana natura habet divinas, *&*  
divina humanas proprietates, *&c.*

19. Quibus aut perversam Nostris mentem affingit: qui  
nec effusionem, nec reciprocam æquè communicationem  
statuunt: aut si directe illis eadem opponit, ipse nihil nisi  
Verbalem & nudam nomenclaturam, quantumvis peierans,  
ingerit.

20. Ultrò enim Nostrí, ut verissimum acceptant & asseve-  
rant: Omnem communicationem fieri in persona ipsa &  
respectu personæ, quia Unionis personalis effectum est: Sed  
tamen absque Reali, non Phytica communione, INTER PAR-  
TE personæ eam fieri, prorsus inficiantur.

21. Idcirco REALEM ET VERAM esse, altera pars τὸ ἐπομένῳ  
habet; qua sese Orthodoxi omnimodè ab arida ista titulo-  
rum alternata διωρυγίᾳ alienos seclusosque volunt.
22. Nihil tamen minus quam essentialē Physicamque i-  
diomatum effusionem inculcant, qui Eytichetis & Mono-  
theletarum prodigiosi partus forent: Sed genuinam tantum  
rationem & formam κονωνίας expressam cupiunt; quæ cum in  
hoc mundo omni consortio careat, aliter delincari depingi-  
que non potuit.
22. Unde & modus loquendi, qui in ea efferenda usurpa-  
tur, ad nullas regulas exigi potest, sed irregularis semper  
manet.
24. Certis gradibus tandem communio facta esse asseri-  
tur, ut hinc perspicuum evadat, eam non promiscue, sed di-  
stinctis classibus doceri & haberi.
25. Una quidem in sese, & eadem est communio, quæ tota  
ab unione dependet. Sed considerationis ejus, ob varia ge-  
nera enunciationum communicatarum in scriptura, triplex  
differentia observatur, Prima est ἴδιωτική. 2. κοινωνία. 3.  
μελαθρεῖα.
26. Postremus hic gradus, qui donorum planè divinorum  
ac hyperphysicorum est, quamvis in se semper idem omnis-  
que mutationis expers, Humanitatis tamen ratione variat,  
in qua saepius tam exigua indicia & argumenta hujus emi-  
nentiæ, tempore visibilis suæ mund anæque conversationis  
apparuerunt, ut Homine Christo miserior, infelior, despe-  
ctior nemo censeretur.
27. Evidem VERAM & REALEM ejus communionem  
nunquam amisit, sed tamen USU ejus sese abdicavit: Unde  
distinctio Actus primi & secundi: status exinanitionis &  
exaltationis, servitutis & gloriæ.
28. Omnium trium graduum exempla passim in Scriptura  
inveniuntur, & vel concretam vel abstractam enunciatio-  
nem

nem constituunt: Illa totum *ὑπερκαίματον* seu personam significat, & modo ab utraque, modo ab alterutra tantum naturarum appellatio desumitur: Hæc naturas in se consideratas denotat.

*Διεριθμοῦ τῆς γνῶσμάς.*

29. Hæc igitur Orthodoxa assertio, ut sacræ scripturæ immotis fundamentis nititur, ita nos eam constantissimè ultrò deosculamur, amplexamur. *Communicationem propriorum tribus gradibus distinctam, in Christo, veram Creaturam esse.*  
30. Ejus nunc confirmationem & nervos exposituri, copiosiori enumeratione supersedentes, arctissima brevitate præcipuos tantum oculis sensuique subjiciemus.

**ΚΑΤΑΣΚΕΨΗ.**

**LOCUS I. PRO PRIMO GENERE:**

*ἰδεωούσια.*

31. *Quod fuit ab initio: quod audivimus, quod vidimus  
oculis nostris, quod perspeximus Ε̄ manus nostræ contrecta-*  
T. Ioh. 1.1.  
Act. 5.  
Acton. 20.23.  
*verunt, de VERBO vita, Ε̄c. 2. Dominum gloriæ cruci-  
fixistis. 3. Deus suo sanguine acquisivit Ecclesiam.*

32. Primo statim intuitu perspicere licet, Iohannem hic nec simpliciter de HOMINE, nec de λόγῳ in sese & sua natura loqui; subjectum quidem propositionis ponit λόγον, Filiūque Dci, *καὶ* verò quæ ipsi tribuit, non nisi corporeæ substantiæ per se conveniunt.

33. Neque tamen eadem propositiones de SOLA carne Christi, qua ratione, quantumvis à Spiritu sancto dictatæ, neutquam confisterent, verum omnino de VERBO VI-  
TÆ intelligi & accipi debent.

34. Tria ergo in his dictis probè unicuique pietatis studioso, salutisque propriæ cupido, pensiculanda veniunt. 1. AETERNUM invariata essentia λόγος. 2. Assumptæ carnis natura. 3. Veritas dictorum.

35. Si

Gal. 4, 4.  
Rom. 1, 3.  
1. Pet. 4, 10

35. Si λόγῳ, videri, audiiri, sanguinem fundere, per se adscribas, δοτήσῃ ipsius abnegas Mal. 3. Si carni ~~SOLI~~, ὑπόσασθαι eam efficias, atque hoc pacto ἐνόπλα φίσας cvertis. Si phrasin seu quendam duntaxat modum loquendi nuncupes, absurditatis falsitatisque Spiritum sanctum impiè arguis. Omne enim enunciarum, quod rei veritas non comprobatur, nudum mentis figmentum habetur.

36. Qui tamen, ut veritatem locutionum istarum exponat doceatque, alias longè lucidiores ingeminat:

*Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere. 2. Filius Dei factus est ex semine David secundum carnem. 3. Christus passus in carne.*

37. Nulla hic potest talis ἀποψις somniari, qua Humanæ naturæ SOLI, aut nasci aut pati seorsim secluso λόγῳ assignatur.

38. Secùs restrictiones istæ supervacaneæ & inutiles essent, si NON VERE ET REIP A de λόγῳ sermo intelligi deberet. Quid? quod facilius & hac ratione multo dexterius se explicassent, nec ita operose inter Propria naturæ distingue-re opus habuissent Apostoli, si remotis longis ambagibus, carnem tantum dixissent natam & passam.

39. Magis ergò quid dictis illis subest, quam ut N OMNIS SOLIT COMMUNITATEM notent, ut nempe ipse Filius Dei VERE & reipsa ista omnino egerit, & sustinuerit, sicut Centurionis confessio expressè habet Matth. 27, 54. Vere hic Filius Dei erat; mortem Christi miraculosa elocuturi: Vere ergo natus, vere passus, vere crucifixus & inmortuus.

40. Sed ne quis hæc proprietate essentia ipsam pertulisse, non citrà impiè atem execrandam communiscatur, ad hanc distinctionem IN CARNE, E VNDVM CARNEM, diligenter observanda. Singula ergo ista TOTVS PERSONA των Ιησαὶ VERE sunt, & vere de tota persona communicatè dicuntur & accipiuntur.

12. 21

piuntur. At qui alterutri Naturarum separatim ea tribuit,  
jam personam dissolvit.

41. Aliæ quoq; locutiones similes de Filio hominis exstāt.  
*Secundus homo de celo. Si videritis filium hominis ascenden-*  
*tem, ubi erat prius. Unus Dominus Jesus Christus, per quem*  
*omnia: Vbi conversim propria λόγος de homine totaque persona*  
*efferantur.*

*1. Corin. 1, 5.*  
*Iohann. 6, 62.*  
*1. Cor. 8, 6.*

42. Ex quibus omnibus subsequentē regulam definitionē-  
que primi generis Communicationis Idiomatum Orthodoxi  
exstruunt: *Esse eam veram & realem illorum attributionem,*  
*quaē persona convenit in CONCRETO, addita certa dis-*  
*tinctione secundum quam Naturam fiat. Atq; hoc syllogismo*  
*nittitur:*

*Quaecunque idiomata in sacra scriptura toti personaē*  
*Christi verē tribuuntur, & tamen secundum alteram duntas-*  
*xat Naturam ei essentialiter conveniunt, ea per Communi-*  
*cationem REALM tribuuntur.*

*At illa omnia Toti Personae verē tribuuntur, & tamen*  
*unitantur Naturae essentialiter conveniunt.*

E. Per communicationem Idiomatum realem tribuun-  
tur.

43. Apage ergo Calvinianorum ementita & adiutorie, quæ  
dictis istis omnem veritatem derogas: *Quasi Spiritus san-*  
*ctus tam sublimes fidei articulos tantis verborum involu-*  
*cris, tantisque ambigui sermonis amfractibus, more Dæmo-*  
*nis Delphici, inobscuraret, involueret.*

44. Multo minus Bellarmini commentum consistit, immo  
scipsum conficit & evertit. Ait is. *Communicatione quidem*  
*realis est respectu hypostasis utriusq; naturae, non autem re-*  
*spectu ipsarum Naturarum. Hic si posterius membrum pri-*  
*ori opponit, & communionem, quæ fit in hypostasi, ita à*

*Bellar. I. 9.*  
*de Christo*  
*cap. 9.*  
*Idem ait Be-*  
*za in Coll.*  
*Momp. f. 213.*

B

com-

Communione Naturarum dirimit, & divellit, ut his omnem auferat, adeoque reliquos gradus κοινωνίας διαρρέων reijciat: quæso? quid aliud agit? quam Calviniani. Solum κοινὸν ονομα, & inanem Relationem inculcat. Atque hoc modo quantumvis reluctans, in illorum castris Symbolo collato strenue militat.

## LOCVS II.

### Pro secundo gradu:

κοινωποῖα.

I. Cor. 1, 30.  
Ioh. 4, 42.  
Phil. 3, 20.  
Tim. 2, 5.  
Ebre. 2, 17.  
Luc. 1, 33.

45. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio. Hic (Christus) est verè Salvator mundi: unus mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Misericors, Pontifex, Christus, Rex.

46. Hæc similiter communicat de Persona Christi dici & perhiberi tum ex subjecto, tum ex prædicato ipso meridiano sole clarius exsplendescit. SUBIECTUM totam personam denotat; nomine utrique naturæ convenienti, quævis id non semper; quemadmodum Iohan. 3, 17. cernere licet, ubi FILIUS DEI DICITUR missus, ut salvetur mundus per ipsum.

47. Diversitas tamen ea appellationis nihil variat, cum in scriptura concreta ista propter ταῦτα τὴν ποσάστερην promiscuè habeantur.

48. Prædicatum non minus & quidem perpetuo, totam personam, eamque non secundum unam, sed secundum utramque naturam, designat, nomen enim officii est, quod secundum utramque naturam, salva cujusque proprietate, tota persona expedit.

49. Idcirco oportuit Christum esse Deum & hominem, ut salus

falus nostra firmiter immoteq; constaret. Hominem quidem, quia mors erat per mortem abolenda, & peccatum in carne delendum. Rom. 8. Deum autem, quia maledictionem legis tollere, Dei iram sedare, nos omnes potestate Diaboli & mortis eripere debebat. Mar. 2, 7. Ierem. 43, 25. Actor. 4, 12. Esa. 45, 21.

50. Neq; tamen in una duntaxat officii parte concurrunt, quasi in solo merito indivisa conjunctaque opera agant, verum etiam in ipso Fructu & Effectu nunquam separantur, quin continenter & ubique ἡνωμένως singula ἀποτέλεσματα perficiunt, unusque est qui & ἀνδρῶν ἵνως οὐκ ἔχως operatur.

51. Et in hunc sensum Paulus ait: *Christus traditus est propter delicta nostra, Εγ<sup>ο</sup> resurrexit propter iustificationem nostram. Sic Christus, qui animam tradit pro ovibus suis, dat eisdem quoque vitam aeternam.*

Rom. 4, 25.  
Ioh. 10, 37.  
1. Tim. 2.

52. Hinc jam lucidissime emicat, quomodo in omnibus officii partibus unus Christus ἐν γένεσι δεκαθρήνη agat & operetur, ita ut quemadmodum in expiando peccato & ira, conterenda morte & Diabolo, beneficiis & vita aeterna promerenda, divina Natura nequaquam ociosa fuit. Sic quoque nunc ipsa humana natura consortio Regni & Sacerdotij, applicacionis & distributionis beneficiorum, minimè excludatur.

53. Agit igitur utraque Natura cum communione alterius, quod cuiusque proprium est.

54. Descriptio hujus secundi gradus ita habet: *quod sit coniunctio operationum in administratione officii, quod persona ἡνωμένως utriusque naturae adiectione propria exsequitur.*

55. Eaque hac conclusione stabilitur: Ubi cunq; est mutua actionum utriusque naturae proprietarum & essentialium ad unum ἀποτέλεσμα conjunctio, ibi est Realis communicatio.

B 2

At

At in omnibus partibus officii Personæ Christi &  $\alpha\omega\delta$   
 $\pi\lambda\sigma\mu\alpha\sigma$  est mutua conjunctio actionum.

E. est communicatio.

56. Differt autem hic gradus à priori : ille enim nominā  
quatenus personæ cum certa limitatione tribuūtur , hic quid  
una quælibet Natura in operationibus conferat, exponit.

57. Atqui etiam multa in officio occurunt, quæ tota persona  
peræquè secundum utramque naturam perficit , & tamen  
Caro natura sua id præstare minimè potest, ideoque Tertius.  
gradus his annumeratur, qui de Donis Humana Natura  $\pi\alpha-$   
 $\rho\alpha\phi\tau\eta\kappa\omega\sigma$  & increatis pertractat.

### LOCVS III.

Pro tertio genere:  
 $\mu\epsilon\tau\alpha\pi\omega\eta\kappa$ .

Col. 2, 9. *Omnis plenitudo divinitatis habitat in eo corporaliter.*

58. Apostolus veritatem nostræ Redēmptionis & certum  
fundamentum fidei edisserturus : nos videlicet jam esse re-  
conciliatos cum Deo, & abundantem fidei & vitæ regulam, à  
Christo traditam: dicto isto in confirmationem assertionis sue  
utitur.

59. Incarnationem nempè  $\lambda\delta\gamma\varsigma$ , non esse nominis tantum  
communionem quandam, sed talem  $\mathfrak{D}\epsilon\sigma\pi\eta\varsigma$  inhabitacionem  
in carne, qua ei sc & omnes majestatis & gloriæ divinæ  $\pi\lambda\sigma\pi\omega-$   
 $\mu\alpha$  communicet, ut inde nos salutem , gratiam & vitam, suf-  
ficientissimè petere & haurire queamus.

60. Nec potest illa inhabitatio ad ipsam  $\mathfrak{D}\epsilon\sigma\pi\eta\varsigma$  referri,  
cum hæc in seipsa sit omnis sua plenitudo, neque in ea inha-  
bitans & inhabitatum citra blasphemiam enormous cogitari  
potest.

61. Quid quod  $\sigma\omega\mu\pi\omega\eta\kappa\omega\sigma$  facta afferitur, cum tamen  $\lambda\delta\varsigma$  &  
essentia sit in se simplicissima quædam indivisaque omnis cor-  
poris expers.

62. Syl.

62. Syllogismum hinc talem construimus.

In quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis ita, ut nos in eo possimus esse πεπληρωμένοι, etiam majestatis divine idiomata vere & realiter communicata sunt.

At in Christo omnis plenitudo ita inhabitat.

Ergo verè etiam communicata sunt.

63. Vera ergo est definitio hujus Tertij gradus κοινωνίας, à Theologis Orthodoxis tradita: quod præter naturales proprietates ac dona perfectionis finitæ, Humanæ naturæ planè divinæ & infinitæ ægrediuntur, οὐκ εἰσχάγεται τὸν θεόν absq[ue] suipius mutatione communicata sunt, deque ea prædicentur in abstracto. ὅτερα δὲ γέγονα.

64. Istud autem divinitatis πληρωμα abundè in scriptura Act. 10, 31 & singulatim enumeratur: Omnipotentia, Matt. 28, 18. Omniscientia, Ioh. 3, 34. Colos. 2, 3. Vivificatio, Iohan. 6, 5. Iudicii universalis administratio, Iohan. 5, 27. De omniprä-sentia subsequente disputatione disquiretur. Quodque hæc omnia Carni obtigerint hoc syllogismo evincimus:

Quidquid datum est Christo in tempore, datum est ei secundum humanitatem

Atqui hæc omnia data sunt. Ergo.

65. Neque ea ad ipsum θεόν referri possunt. Quid enim ei donabitur, qui omnia natura & essentia habet. Nec etiam ad manifestationem gloriæ pristinæ ipsius θεού ea trahi possunt, cum de tali accessione auctiōneque gloriæ, in omnibus ijs locis sermo sit, quæ datur, quæ donatur. Quomodo constaret ergo θεός æqualis & consubstantialis cum patre majestas?

66. Porro Paulus cap. 2, 6, 7, 8, ad Philippenses ei personæ, quæ erat in forma Dei, quæ scipsum exinanivit, quæ à Deo exaltata est, adorationis cultum tribuit, quæ certè divinam naturam per se non concernunt.

B 3.

67. Hæc

67. Hæc tandem omnia uno quasi complexu continet  
SESSIO AD DEXTERAM DEI, quæ non est crea-  
ta, sed increata infinitaque, immò ipsissima DEI majestas  
Ebre. 1. Luc. 21. Matth. 24. Ad quam quia CHRISTUS  
secundum carnem, λόγος enim est ipsa dextera DEI, evectus,  
infinitæ etiam, omnisque gloriæ divinæ particeps secundum  
eandem factus est. Matth. 16. Ephes. 1. 1. Pet. 3. Actor. 2,  
vers. 36. quæ postrema tria loca cum primis illustria sunt.

68. Nec verò nobis imaginemur CHRISTUM in sta-  
tu demum exaltationis tantum hæc omnia accepisse, & ad  
dextram virtutis Dei tum primum confedisse. Unio namque  
ipsa πᾶπ τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος carni communicavit, Colos. 2.  
Iohan. 3. Sed usus ejus ad tempus, propter nos nostramque sa-  
lutem integer ipsi nō fuit, quo sponte sese abdicavit, donec os  
inne opus redēptionis perficeretur.

69. Ita tandem veram & realem trium istorum graduum  
κοινωνίαν abundantissimis immotisque sacrarum literarum te-  
stimonij afferuimus, demonstravimus. Tantummodo au-  
tem ternos esse, itidem ex ijs ipsis satis luculenter clucet,  
cum plura genera cōmunicatæ enunciationis nullibi oc-  
currant.

ΑΝΑΣΚΕΠΤΗ.

I. Argumentum.

70. Si nulla est vera & realis cōmunicatio, nulla etiam  
potuit esse redēctio vera & realis,

Atqui posterius impium & blasphemum.

Ergo & prius.

71. Connexio majoris ex ipso fine incarnationis confir-  
matur. Quare enim λόγος assumit humanam naturam?  
quare

quare misit Filium suum Deus, factum ex muliere, obnoxium legi. Respondet Paulus, *ut nos redimeret à maledictione legis*, Gal. 4, 4, 5. Iohan. 3, 16.

### 2. Argumentum.

72. Si nulla est vera & realis communicatio, sola humana virtute sumus redemti.

At posterius impium, Ierem. 17. Psal. 49, 89. Mar. 2, 7. Esa. 43, 25. E.

73. Probatur connexio ex eodem fundamento, quo prior.

### 3. Argumentum.

74. Si CHRISTUS non secundum utramq; naturam officij sui partes expedit, sequitur

1. Mortem in carne non esse damnatam.

2. Christum ut hominem non esse regem & caput Ecclesiæ.

3. Unionem nunc esse solutam aut supervacanciam.

Atqui posterius extreme impium. E.

75. Propositionis ratio indubia est. Si enim secundum carnem tantum opus redemptionis in expiatione peccati peractum statuatur, redeunt priora absurdia. Et dicta Rom. 8, 3.

2. Timoth. 1: aperte contradicunt si λόγος excludatur.

Si partibus regni, Sacerdotii, Iustificationis, Salvationis, solus λόγος perfungitur, jam persona divisa est.

76. Quod vero CHRISTUS etiam secundum humanam naturam à regno & dominio non excludatur, probat Epistola ad Hebreos cap. 2, 17. Philip. 2, 9. Actor. 2, 32. ex comparatione status exinanitionis & gloriæ.

### 4. Argu-

4. Argumentum.

77. Si data donataque est Christo secundum divinitatem  
majestas illa gloriae divinae, si secundum eam electus est ad  
dexteram patris, sequitur quod non sit aequalis patri, non  
idem semper fecerit quod Pater, sit minor cuncte, non sit  
ipsa dextera Dei.

At haec asserere diabolicum.

E. & prius.

5. Argumentum.

78. Si λόγος secundum suam essentiam & naturam est Un-  
ctus Spiritu sapientiae & potentiae, sequitur ipsum ante un-  
ctionem non fuisse sapientem & potenter, aut unctionem  
vanam & superfluam fuisse.

At absurdum posterius,

Ergo & prius,



Thes de anima*ū* statu post mortem.

Thes de Ecclesia triumphantē.

De sanctis religio et insipitib*ū* eius cultus catenis, e*o* spectantib*ū*.

Item: Thol. de sacramentis in gr.

De notitiis Dei et voluntatis i*ps*is humanis ac n*on* inf*is* et disciplin*is* ex*act*i*s*, D. Hofmanni.

Thes: de justificatione hominis peccatoris coram Deo D. RUGGI.

Prop: de justificatione g*ra* t*ia* facianos f*ab*. Ferinarii.

Assert: Thol: De justificatione hominis coram Deo, Polyc: LYSERI.

Prop: repetentes summa tr*ad*e de justit*ia* fidei & bon*op*ib*ū*, M. Fleischer, M. Bergii.

De Ecclesia triumphantē in caelis disputationes 2, quā una de sanctor*ū* in vita ater*ia* habituine agit M. Volekunni, altera de sanctor*ū* cultu agit M. Gameri.

Disp: de Prudentia Dei Wolfi.

Disp: 1. de Turc*ā* ex c. 38 & 39 Ezech: in quā explicant ist. 3.

1. qd sit g*ra* Magog, Babil, Persi*ā*. 2. p*ro*pt*er* vocab. Turc*ā* significat  
3. qd Turc*ā* sunt flagellū quo De*us* castigat Ecclesiam. D. Salom. GESNERI.

Disp: altera de Turc*ā*, q*uod* c. 38 & 39 Ezeb: tota in refutando diu*nit* cap. p*ro*p*ri*a, q*uod* GESNERI.

Disp: 2. de Turc*ā*, in qua tractat 1. de tempore ultima i*n*ruptionis Turc*ā* in Ecclesiam. 2. de populo ad  
loc*ū* ubi ista crescent. 3. Quas ob causas Turc*ā* Christianis immittunt. 4. Causatione fit rep*re*  
nend*ū*. 5. Quo pacto et p*ro*b*at* armistitiae f*u*ndit*ū* sint delendi, q*uod* GESNERI.

Propos: de Ecclesia HURNII.

Thes: de Predestinatione D. FREDERI.

Dia de reali communione idiomata in persona Christi, M. Berndes.

Dia de Baptismo cap*it*le pap*ar*ie D. RUGGI.

Thes: de Sacramentis in gr. GESNERI.

Item: Theologia de cruci corporis Christi in cena maledictione & dictib*ū* sacrificiis D. GESNERI.

Item: Thol: de communione idiomata reali test*ū* gr*ati*, D. GESNERI.



**Farbkarte #13**

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DEO BENE IVVANTE

THESES,

περὶ τῆς παρεπομένης τῇ ἐνστάρκωσι

Nempe de Communicatione Idiomatum Reali,

Moderatore

# REVERENDO ET CLARISSIMO VIRO

DN. IOHANNE GEORGIO VOLCK,  
maro, SS. Thol. Doctore & Professore  
Publico.

Contra διορθωτικούς

Ad disputationem in Collegio Studiosorum private undecimam  
propositæ.

M. LAVRENTIO LÆLIO

Franco

Respondente

M. JOACHIMO GRYPHIO  
Hamburgensi

XX. Decembris, Anni CIC. ID. V.C.

VVITE BERGÆ

Literis VVolffgangi Meissneri.